Pretium eſt ſubſtantia emptionis. T. 4. c. 249. D.
Pretium eſt loco hereditatis. T. 4. c. 910. E.
Pretium in emptione quandonam, & quibus caſibus minui poſſit. T. 5. c. 504. C.
Pretium qui habet, vel aliam rem, & rem principalem habere videtur. T. 5. c. 887. E.
Pretium exiſtimatur ſucceſſiſſe in locum rei hereditariæ. Ibid. E.
Pretium præſens in æſtimatione an poni oporteat. T. 5. c. 538. E.
Pretium hominis mortui præſens nullum eſt. Ibid. E.
Pretium rei hereditariæ venditæ in ejus locum ſucceſſiſſe exiſtimatur. T. 5. c. 263. E.
Pretium juſtum faciliùs ſtatuitur, cernitur que in toto, quàm in parte. Tom. 6. c. 485. B. nam partis æſtimatio ſæpe ad exiguum pretium reducitur. Ibid. B.
Pretium non exhibere ineptum eſſe, ideſt, ad metcem manum mittere, ait Tertullianus in *lib. de. pœnit.* T. 6. c. 368. E.
Pretium conſignatum pro ſoluto an habeatur. T. 6. c. 521. E.
Pretium cujusque rei quomodo æſtimandum. T. 6. c. 1023. B.
Pretium an ſit in emptione. T. 7. c. 688. E.
Pretium an debeat conferri in arbitrium ementis, aut tertii alicujus. T. 7. c. 689. A.
Pretium iniquum ſi definiat tertius, an ſtandum ſit ejus definitioni. Ibid. B.
Pretium non poteſt conferri in arbitrium unius ex contrahentibus. T. 7. c. 705. D.
Pretium reſpondet rei, & fructibus rei ſimiliter reſpondent uſuræ pretii. T. 7. c. 775. D.
Pretium, vel conventio facit, vel communis hominum conſenſus, & tritura fori, vel affectio, & utilitas ſingulorum. T. 7. c. 735. B.
Pretium fungitur, quod nos fungimur, quodque facimus, & conſtituimus, & ineptum eſt emendare illis locis *fungi*, T. 7. c. 1186. D.
Pretium ſuccedit loco rei. T. 7. c. 1187. C. rei ſi fuit hereditaria, pretium videtur etiam eſſe hereditatium. Ibid. C.
Pretium in quibus eſſe debeat. T. 8. c. 1067. E.
Pretium ex ſubſtantia venditionis eſt. T. 8. c. 671. A. & c. 758. E.
Pretium hereditatis in actionem in factum deducitur. T. 8. c. 496. C.
Pretium, & id, quod intereſt, an ſit idem. T. 9. c. 1074. B.
Pretium aliud eſt, aliud nummus. T. 9. c. 1315. C.
Pretium promiſcuè dicitur tam in emptione, quàm in conductione. T. 9. c. 63. D.
Pretium hereditate venditâ ſuccedit in locum rei, & quaſi ipſum hereditarium factum eſt. T. 10. c. 311. C.
Pretium periculi in nautica pecunia exigitur impletâ, ſeu exſiſtente conditione. T. 10. c. 463. B.
Pretium ſuſcepti periculi exigitur, etiamſi non pro pœna exigatur, ſed pro quæſtu. Ibid. B.

Pre-

Digitized by Google

Pretium rei emptæ præſtare, & rem reſtituere repugnat. T. 10. c. 651. E.

Pretium, vel nummos qui debet, certum corpus non debet. T. 10. c. 760. A.

Ad pretium recipiendum competit actio ex empto. T. 10. c. 767. B.

Pretium rei recuperandæ non conſtituitur ex præterita emptione, ſed ex præſenti æſtimatione, quæ vel major poſſit eſſe, vel minor, T. 10. c. 1003. D.

Prevoſt de l' hoſtel apud Gallos, latinè Magiſter officiorum. T. 2. c. 898. E.

Prima poſſeſſio, ideſt, initium poſſeſſionis. T. 5. c. 743. C.

Primas quis vocatur. T. 6. c. 782. D.

Primates a Metropolitanis diſtincti. Ibid. D. quomodo a cæteris Epiſcopis, diſtinguantur. Ibid. c. 783. A.

De primatu Aquitaniæ controverſia inter Archiepiſcopum Bituricenſem, & Archiepiſcopum Burdegalenſem. T. 6. c. 808. A.

Primatus Angliæ controverſia inter Archiepiſcopum Cantuarienſem, & Archiepiſcopum Eboracenſem. Tom. 6. c. 836. B. C. Cantuarienſi adjudicatus. Ibid. C.

Primæ tabulæ dicuntur teſtamentum patris, quo ſibi heredem inſtituit: ſecundæ tabulæ verò teſtamentum filii impuberis, quo pater heredem ei ſubſtituit. Tom. 4. c. 83. D.

Primiceratus domeſticorum annuus erat, ut primiceratus largitionum. T. 2. c. 914. D.

Primiceriatus, & Primicerii quinam ſint. T. 10. c. 867. D. E.

Primicerii ſacri cubiculi. Tom. 2. c. 897. B.

Primicerii officiorum, & ſcriniorum palatinorum ſunt annui. T. 2. c. 939. A.

Primicerii, & ſecundicerii dignitas. T. 2. c. 900. E. & c. 901. A.

Primicerii advocatorum quinam ſint. T. 10. c. 880. A.

Primicerius quis dicatur. Tom. 2. c. 712. D. & Tom. 6. c. 939. E.

Primicerius domeſticorum, & protectorum. Tom. 2. c. 913. A.

Primicerius fabricenſium. Tom. 2. c. 800. C. & c. 901. A.

Primicerius menſorum. Tom. 1. c. 943. C.

Primicerius ferè biennalis. Tom. 2. c. 901. A.

Primicerius notariorum eſt biennalis. T. 2. c. 902. C.

Primipilares quinam ſint. Tom. 10. c. 702. C. & c. 742. C.

Primipilaris excuſatur ab omnibus tutelis, præterquam una filiorum primipilaris poſt annum. Tom. 1. c. 1032. B.

Primipilariorum filii ſequuntur militiam patris. T. 2. c. 982. C.

Primipilatus fuit olim præfectura quædam militum. T. 10. c. 702. C.

Primipilatus eſt in libris noſtris annonæ militaris procuratio. Ibid. C.

Primipili militia. T. 7. c. 816. D.

Primipili munus. T. 7. c. 1125. B. & T. 9. c. 1133. B.

Primipili militaris paſtus. Tom. 9. c. 237. E.

Ex primipili cauſa tenetur filius, etiamſi heres non exſtiterit patri. T. 9. c. 248. D.

Primipili Centurio merita, & commoda totius legionis conſequebatur. T. 9. c. 1133. A.

Primipili onus filium ſequitur, etiamſi non ſit heres patris. T. 9. c. 336. D. & T. 10. c. 646. C.

Primipilo fuiſſe curæ paſtus militares, ideſt, annonas militares. T. 9. c. 1201. D.

Primipilus quid ſit. T. 2. c. 999. C. D. & T. 7. c. 1083. B. C. & T. 9. c. 237. E. & c. 238. A. & c. 1133 A. & T. 10. c. 631. A.

Primipilus quis dicitur. Tom. 4. c. 1126. A.

Primiſcrinii qui, & quæ eorum immunitas. T. 2. c. 996. A.

Primiſcrinius quis ſit præciſè. T. 2. c. 1004. D.

Primitiæ illæ in codicillis quomodo appellantur. Tom. 1. c. 1194. A.

Primordium uſucapionis eſt tempus aditæ hereditatis. T. 4. c. 634. C.

Primum, & ſecundum decretum an Prætor, aut Præſes provinciæ demandare poſſit magiſtratui municipali. T. 5. c. 17. D.

Primus curiæ quis. T. 2. c. 712. D.

Princeps legibus ſolutus eſt. T. 3. c. 449. D. & T. 7. c. 1189. C. & T. 10. c. 834. A.

Princeps non differt a privatis, quod ad jus capiendi ex teſtamento, vel codicillis attinet. T. 3. c. 119. B.

Princeps famæ reſtituit, & cur. T. 4. c. 847. E.

Princeps non eſt magiſtratus, quia nec juriſdictionem habet, ſed cognitionem extraordinariam. T. 4. c. 831. A.

Major eſt Princeps, ait Plinius, & celſior magiſtratus. Ibid. A. quod & Tacitus de Senatore intelligit. Ibid. A.

Princeps cui munerum vacationem dedit, quid ei conceſſum, aut remiſſum videtur. T. 4. c. 55. A. pubertas pro plena pubertate accipitur, quæ finitur 18. annis, non ea, quæ finitur 12. aut 14. annis. Ibid. A.

Princeps ſolus minori veniam ætatis dat. T. 4. c. 1019. C. effectus veniæ ætatis quis eſt. Ibid. D. venia ætatis quid eſt. Ibid. c. 1020. B.

Princeps bona concedendo, veluti deportato in inſulam, & civitati poſtea reſtituto, videtur etiam ei obligationes concedere. T. 5. c. 158. C.

Princeps reſtituendo eum in integrum, & concedendo ei bona, quæ habuit olim, an obligationes etiam ei concedere videatur. Ibid. B.

Princeps jus habet confirmandorum privilegiorum, & officiorum. T. 6. c. 963. E.

Princeps an ſit ſolutus legibus. T. 7. c. 31. E. & ſeq.

Princeps quid ſit. T. 7. c. 79. A.

Princeps an ex codicillis capere poſſit. T. 8. c. 395. A.

Princeps non eſt magiſtratus. T. 8. c. 393. B. non habet juriſdictionem. Ibid. B. ſed celſior magiſtratu, ac Reipublicæ caput. Ibid. B.

Princeps bonus injuriâ affici non poteſt. T. 9. c. 1393. D.

Princeps non appellatur, niſi ſumma viginti libras auri excedat. T. 10. c. 795. E.

Princeps quod judicavit inter certas perſonas, non valet inter alias. T. 10. c. 832. A.

Princeps vicem gerit populi. Ibid. E.

Princeps an legibus teneatur. T. 10. c. 832. E.

Princeps officii unus erat, qui eo perveniebat in appsritione perfunctus omnibus gradibus militiæ. T. 10. c. 864. D.

Princeps quibus caſibus ſolus reſtituat. T. 10. c. 908. E.

Princeps an legibus ſit obnoxius. T. 10. c. 1076. E.

Principale, & ἡγεμονικὸν ubi conditum eſt, eum locum eſſe tantùm religioſum. T. 3. c. 607. D.

Principale ſine acceſſione conſiſtere an poſſit. T. 5. c. 48. D. an verò acceſſio ſine principali. Ibid. D.

Principale hominis quodnam ſit. T. 5. c. 925. E.

Principales qui ſint. T. 2. c. 712. C.

Principales omnibus expletis muneribus ſuſcipiunt curas. Tom. 2. c. 719. B.

Principales Atheníenſium Areopagitæ vocati. T. 2. c. 730. A.

In principales civilium magiſtratuum juriſdictio eſt. Tom. 2. c. 715. C.

Principali cautione redditâ, utrùm etiam pignus remiſſum videatur. T. 5. c. 48. D.

Principali ſublato, tollitur acceſſio; quomodo hoc intelligendum. T. 9. c. 1040. B.

Principalis pecuniæ publicæ decoctor ut puniendus. T. 2. c. 714. C.

Principalis pro curiali quolibet. T. 2. c. 730. A.

Principalis obligationis acceſſio eſt. T. 5. c. 48. D.

Rei principalis naturam ſequitur acceſſio. T. 6. c. 718. E.

Principalis actio quæ dicitur, T. 9. c. 313. C.

Cum principatis cauſa non conſiſtit, nec ea quidem, quæ ſequitur, locum habet. T. 9. c. 1236. C.

Principatus honor pro emerito finitâ militiâ defertur. T. 2. c. 932. B.

Principatus quid. T. 6. c. 964. B.

In Principem qui voces impias profers, vel in tempora, incidit in quæſtionem læſæ majeſtatis. T. 9. c. 1393. C.

In Principem translatum eſt omne jus populi. T. 9. c. 906. D. E.

Qui per Principem pejeravit, fuſtibus caditur. T. 10. c. 625. B.

Principes congruit in integritate ſua ſervari. T. 2. c. 1372. D.

Principes agentium in rebus æquantur Proconſulibus. T. 2. c. 931. A.

Principes optimi nullam conſtitutionem dabant in medium ſine auctoritate, & ſententia Juriſconſultorum. T. 4. c. 534. C.

Principes hodie non ſunt ſoluti legibus, quod eſt certiſſimum, quoniam jurant in leges patrias, in quas olim non jurabant. Tom. 7. c. 32. C.

Principes optimi non ſolebant, niſi de ſententia, & conſilio Juriſconſultorum, decernere. Tom. 8. c. 475. D.

Principes boni non admittunt quæſtionem læſæ majeſtatis, Tom. 9. c. 1393. E.

Principes, & Veſtales virgines ſepeliebantur in urbe. T. 9. c. 718. A.

Principia ſancta. T. 3. c. 454. C.

De principibus agentium in rebus. T. 2. c. 929. D. & ſeq.

De principibus conſilium præbentibus. T. 9. c. 941. D.

Principis omnia eſſe, ut hæc verba ſunt accipienda. T. 2. c. 71. A. & T. 3. c. 450. B.

Quæ Principis ſunt, ſeparantur ab iis rebus, quæ ad magiſtratum pertinent. T. 4. c. 831. A.

Principis ſolius eſt reſtituere civitati, & famæ. T. 4. c. 1407. B.

Principis placitum lex eſt. Tom. 4. c. 847. E.

Principis eſt de jure reſpondere. T. 6. c. 947. B.

Principis eſt reſtituere famam. T. 6. c. 930. E.

Per Principis ſalutem qui jurat, & qui jurat per Deum, inter eum nulla eſt differentia. T. 9. c. 188. A.

Principis omnia eſſe imperio, ſingulorum dominio. T. 9. c. 1028. A.

Principis omnia eſſe, quomodo hoc intelligitur. Ibid. A.

Principis conſcientiam fallere grave eſt. T. 9. c. 941. D.

Principis privatum patrimonium habent vectigalia, T. 10. c. 663. C. D.

Principis nomine ſuperſcripto Præſidis poteſt ſubſcribi. T. 10. c. 700. C.

Principis nulla eſt lex generalis ſine Senatuſconſulto, T. 10. c. 832. C.

Principis bona aut ſont fiſcalia, aut patrimonialia. T. 10. c. 848. A.

Principum beneficia quæ. Tom. 2. c. 697. E.

Principum imagines præferri præſidii, ac tuitionis cauſâ. Tom. 3. c. 352. D.

Principum beneficia latiſſimè ſunt interpretanda. T. 4. c. 55. A. B.

Principum reſcripta omnia aboleri decrevit Macrinus Imperator, T. 4. c. 27. C.

Principum donationes differunt a privatorum donationibus. Vide, Donationes.

Principum liberalitates inſinuatione non indigent. T. 9. c. 534. B.

Principum edicta plerumque ſubſequebantur Senatuſconſulta, quæ idem decernebant, vel confirmabant. T. 9. c. 1174. E. & c. 1175. A.

In Principum decretis non ſemper quærenda una conſonantia. T. 10. c. 367. B.

Principum ſtatuæ, & imagines quomodo olim erigebantur. T. 10. c. 841. E.

Prior poſteriore eſt potior. Tom. 4. c. 950. B.

Qui prior tempore eſt, potior eſt jure. T. 4. c. 646. B.

Publicum judicium qui exercet, mulctæ dictionem habet, T. 4. c. 14. A.

Prior creditor. Vide, Creditor.

Prior tempore. Vide, Tempus.

Qui prior eſt tempore, non potior eſt jure. T. 5. c. 772. E.

Prior cauſa in pignore quandonam potior ſit. Ibid. E.

Prior tempore potior, & potentior eſt poſteriore. T. 6. c. 713. B.

Qui prior eſt tempore, potior eſt jure pignoris: regula hæc non in eo tantùm pignore locum habet, quod ex contractu, vel ex pacto formam, & originem capit, ſed etiam in prætorio pignore. T. 9. c. 1221. A. B.

Prior duobus modis dicitur, ſcripturâ, & intellectu, Tom. 10. c. 1074. E.

De Prioratu Argentalii quæſtio inter Canonicos Sancti Dionyſii, & Moniales *de Forcelles*, hodie *de Celler*. T. 6. c. 863. A.

Priorem tempore eſſe potiorem, & quæ inde ſint exceptiones, T. 1. c. 1490. C.

Priorem tempore præferri poſteriori. T. 9. c. 1209. D.

Priorem creditorem in cauſa pignoris eſſe potiorem poſteriori, T. 9. c. 1042. A.

De iis, qui in priorum creditorum locum ſuccedunt. T. 9. c. 1218. B. & ſeq.

Ex priſco ordine poſſidendorum bonorum debitorum multa exoleverunt. T. 5. c. 784. B.

Priſcus Neratius juriſconſultus qualis. T. 1. c. 914. D.

Priſcus Javolenus item juriſconſultus. Ibid. C.

Privata cauſa legi derogare non poteſt. T. 4. c. 1355. D.

Privata res. Vide, Res.

Privata conventio cur juris publici nihil deroget. T. 5. c. 554. A.

Privata vis quæ ſit, & publica vis, non facile eſt definire. Tom. 9. c. 1429. A.

Privata res eſt Principis propria jure ſuo. T. 9. c. 517. E.

Privata delicta. Vide, Delicta.

Privata inſtrumenta quæ ſunt. T. 9. c. 287. D. Vide, Inſtrumenta.

Privata judicia continent utilitatem privatorum, & rem familiarem cujuſque. T. 9. c. 1455. E.

Privata ſimpliciter pro balneo accipiſor. T. 10. c. 860. E.

Privatæ actiones civiles ſunt, non criminales. T. 4. c. 844. B.

Privatæ rationes. T. 9. c. 5. B. & ſeq.

Privati hominis voluntas potentior eſſe nequit jure publico. T. 4. c. 371. D.

Privati hominis voluntas non poteſt leges mutare. T. 4. c. 372. E.

Privatiani quotuplices. T. 2. c. 944. C.

Privatio actionis, actio eſt. Tom. 1. c. 1213. E. & T. 5. c. 181. E.

A privatione ad habitum non eſt regreſſus, alioquin ſubinde renaſcerentur lites, nec ullus eſſet litium finis. T. 4. c. 444. D.

A privatione ad habitum, ut Dialectici dicunt, non eſt regreſſus. T. 4. c. 914. E.

Privatis ſæpe plus datur, quàm fiſco, vel Reipublicæ, & cur. T. 4. c. 850. D.

Privatis actionibus actionem ſtellionatus non contineri, certiſſimum eſt. T. 4. c. 844. B.

Privatis comparantur civitates in multis. T. 9. c. 74. D.

De privatis ædificiis. T. 9. c. 1173. D. & ſeq.

De privatis carceribus inhibendis. T. 9. c. 1391. B.

De privatis judiciis, quæ ex maleficiis oriuntur. T. 9. c. 1457. B. & ſeq.

Privato judicio an publico præjudicium fieri poſſit. T. 5. c. 573. E.

Privato an poſſit dari merum imperium. T. 10. c. 594. D.

Privatorum cautio legum auctoritate non cenſetur. T. 4. c. 1333. C.

Privatorum pactis publicum jus mutari nequit. Tom. 4. c. 20. C. E.

Privatorum cautio auctoritatem legum non habet adversùs leges ipſas, & jura publica. Tom. 4. c. 1333. C.

Privatorum jus facilè mutatur privatorum conventione. Tom. 4. c. 21. C.

Privatorum conſenſus judicem non facit. T. 6. c. 25. E.

Privatorum conventio juri publico non

Digitized by Google

non derogat. T. 8. c. 683. D. & c. 776. A. & c. 858. D.
Privatorum conventio poteſt abolere auxilium appellationis, quod receptum eſt jure publico. T. 9. c. 1118. E.
Privatorum pactiones legum auctoritate non cenſentur. T. 9. c. 57. C.
Privatorum hominum non eſt judicem facere, ſed legis, aut magiſtratus. T. 9. c. 1082. E.
Privatorum conventionem legum auctoritate non cenſeri, id eſt, non plus poſſe auctoritate legum. T. 9. c. 1119. A.
Privatorum prædia quamvis hodie dentur in emphyteuſin, tamen in toto jure vectigales dicuntur ſola prædia civitatum, quòd ea ſola in emphyteuſin darentur. T. 10. c. 667. E.
Privatum, aut publicum commodum defendens, an, & quando procuratorem dare poſſit. T. 5. c. 118. B.
Privatum jur quid maximè ſpectet, T. 8. c. 891. E. quotuplex ſit, & unde collectum. Ibid. c. 891. E. & c. 892. C.
Privatum judicium præjudicium facit publico, id eſt, diſceptatur priùs, quàm publicum, ſi priùs moveatur. T. 9. c. 1456. A.
Privatum inter, & fiſcum an ſit differentia. T. 10. c. 961. B.
In privatum collata donatio an ſit debitum. T. 10. c. 1230. C.
Privatus ſæpe obviat juſtitiæ. T. 2. c. 1210. C.
Privatus an ab eo, cum quo ei res eſt, jus ſibi patiatur dici. T. 5. c. 34. D.
Privatus hereditatis venditor in quo diſtat a fiſco, qui hereditatem vendidit. T. 6. c. 28. E. & c. 29. A.
Privatus poteſt procuratorem omnium rerum ſuarum facere, T. 7. c. 97. A.
Quando privatus, vel fiſcus debitoris ſui debitores convenire poſſit, vel debeat. T. 10. c. 951. A.
Privatus ſi vendat, emptor agnoſcere cogitur reliqua. Tom. 10. c. 740. A.
Privigna unde ita dicta. T. 8. c. 908. D.
Cum privigna non eſt connubium, eſt tamen concubinatus. T. 10. c. 482. B.
Privignam uxorem ducere an liceat. T. 8. c. 904. B. C.
Privignæ nomen latiſſimè patet, & complectitur uxoris meæ ex alio marito filiam, quæ propriè eſt privigna. T. 5. c. 549. D.
Privigni an juſtas nuptias inter ſe contrahere poſſint. T. 4. c. 977. D.
Privignus, & privigna liberorum loco habentur. Tom. 3. c. 230. D.
Privilegia dignitatibus conceſſa ad ſucceſſores non tranſeunt. T. 2. c. 749. D.
Privilegia dignitatum publicis commodis, & ſtatutis neceſſitatibus obſiſtere non poſſunt. Tom. 2. c. 673. A.
Privilegia dignitatum ordine ſervanda. T. 2. c. 903. C.
Privilegia quæ. T. 2. c. 51. B. D.
Privilegia perſonalia non æſtimari ex tempore. T. 3. c. 544. A.
Privilegia fiſci. T. 2. c. 641. A. B.
Privilegia eorum, qui militiam, vel advocationem expleverint. T. 2. c. 760. C.
Privilegia eorum, qui præfuere militibus, majora ſunt, quàm eorum, qui militarunt. Tom. 1. c. 1032. B.
Privilegia militum, & veteranorum. T. 1. c. 884. A. B.
Privilegia illuſtrium. T. 2. c. 891. B.
Privilegia decurionum. Tom. 2. c. 710. B.
Privilegia philoſophorum. T. 2. c. 757. E.
Privilegia cubicularinſum Principis, T. 2. c. 897. E. & c. 898. A. & ſeq.
Privilegia conceſſa orphanotrophiis, ſive aſcereriis, vel eccleſiis, aut parochiis, ſeu xenodochiis, aut monaſteriis, atque cæteris domibus etiam, ac rebus juris eorum ad euram œconomi viri religioſiſſimi presbyteri, & orphanotrophi, vel ad eos, qui poſt eum ipſius loco ſucceſſerint, pertinentibus. T. 3. c. 6. D. E.
Privilegia Llienſium antiqua. T. 3. c. 256. B.
Privilegia dotium, fiſci, veteranorum, militiæ, & eccleſiarum ſunt perſonalia. T. 3. c. 429. A.
Privilegia eccleſiarum confirmata. T. 2. c. 1088. D.
Privilegia 12. Tabulæ vocant, quæ de una tantùm perſona in omnia tempora concipiuntur. Tom. 3. c. 429. A. B.
Privilegia injuriâ privatorum a me dari non ſolere, inquit Trajanus apud Plinium. T. 4. c. 1043. E.
Privilegia vacationum, quæ veterani habent, num ad eorum liberos quoque ſpectent. T. 4. c. 865 A.
Quæ privilegia habent decuriones præ cæteris. T. 4. c. 1027. E.
Privilegia, & commoda, quibus actio ex teſtamento præ reliquis ſtricti juris judiciis utitur, favore ſcilicet ultimarum voluntatum. T. 5. c. 403. C.
Privilegia creditorum privilegiatorum quænam ſint, & quænam complectantur. T. 5. c. 778. A.
Privilegia perſonalia utrùm in heredes tranſeant. Ibid. D.
Privilegia fiſci quæ. T. 6. c. 28. E. & c. 29. A.
Privilegia renovari poſſunt, non ut jus novum tribuatur, ſed ut antiquum conſervetur. Tom. 6. c. 963. B.
Privilegia ſemper reſtrictiùs accipiuntur, & faciliùs amittuntur. T. 6. c. 914. B.
Privilegia Principum ita dari, ut nulli ſint fraudi, & damno. T. 7. c. 438. A.
Privilegia eadem tribuuntur Auguſtæ, quæ habet Auguſtus. T. 7. c. 1189. C.
Privilegia quædam cauſæ ſunt, quædam perſonæ, & ideo quædam ad heredem tranſmittuntur, quæ cauſæ ſunt; quæ perſonæ ſunt, ad heredem non tranſeunt. Tom. 8. c. 754. B. & c. 845. D. E. & c. 886. A.
Privilegia pœnarum, & tormentorum qui habeant. T. 8. c. 565. B.
Privilegia incolis conceſſa, an cenſeantur municipibus originariis conceſſa. T. 8. c. 52. B. C.
Privilegia dotium quæ. Tom. 9. c. 480. B. & ſeq.
Privilegia multa propter publicas neceſſitates juri publico præſtantur, & proponuntur multa in titulis de jure fiſci, & de privilegio fiſci. T. 9. c. 1281. B.
Privilegia ſtudioſis conceſſa Friderici conſtitutione. T. 9. c. 250. D.
Privilegia eccleſiaſtica ſolis Chriſtianis Catholicis competunt. T. 10. c. 824. D.
Duo privilegia ejuſdem tituli ſi concurrant, quomodo terminentur. T. 10. c. 1229. A.
Privilegiaria crimina. Tom. 6. c. 769. D.
Privilegiarii creditores quinam dicantur. T. 5. c. 778. B. & c. 981. D.
Privilegiarii creditores quonam beneficio præcipuè fruantur. T. 5. c. 778. B.
Privilegiarii creditores qui ſunt. T. 3. c. 540. D. & T. 9. c. 1133. E. & c. 1134. A.
Privilegiarius pupillus eſt, non tantùm in actione tutelæ, vel protutelæ, ſed etiam in actione negotiorum geſtorum. T. 5. c. 778. C.
Privilegiarius privatus creditor privilegiario non præfertur. T. 5. c. 981. D.
Privilegiarius adversùs privilegiarium privilegio non utitur. T. 10. c. 704. C.
Privilegii impetratio argumentum eſt malæ fidei. T. 6. c. 920. E.
De privilegiis domus Auguſtæ, vel rei privatæ. T. 2. c. 882. B.
De privilegiis urbis Conſtantinopolitanæ. T. 2. c. 810. E.
De privilegiis corporatorum urbis Romæ. T. 2. c. 806. C.
De privilegiis eorum, qui in ſacro palatio militarunt. T. 2. c. 943. E.
De privilegiis ſcholarum. Tom. 2. c. 945. C.
De privilegiis confirmandis a novo Rege. T. 6. c. 953. E.
Privilegio exactionis, quod pupil-

ſus habet, ſive agat tutelæ; ſive protutelæ, quiſnam utatur. T. 5. c. 980. C.
De privilegio fiſci. T. 2. c. 518. B. & ſeq. T. 9. c. 1131. E. & ſeq.
De privilegio dotis. T. 2. c. 519. E. & T. 9. c. 1133. B. C.
Privilegio ſuo unuſquiſque renuntiare poteſt. T. 9. c. 1110. B. & c. 1119. A.
Qui privilegio non utitur, non videtur in eadem cauſa ſiſti. T. 10. c. 388. D.
Privilegium fiſci eſt inter omnes creditores primum locum tenere. T. 1. c. 492. A. & T. 2. c. 518. C.
Privilegium exactionis quis habere poteſt. T. 3. c. 543. E.
Privilegium temporis propriè non eſt privilegium. T. 3. c. 540. D.
Privilegium temporis in prætorio non obſervatur inter eos, qui ejuſdem tituli ſunt. T. 3. c. 132. E.
Privilegium habent mulieres in perſequutione dotis. T. 2. c. 1137. B.
Privilegium fori, vel excuſationis a quo tempore vires ſuas poteſt exercere. T. 4. c. 1028. A.
Privilegium quando in pœna evitanda vires ſuas exerceat, Ibid. A.
Privilegium ubi nullum eſt, ibi jus commune ſervatur. T. 4. c. 1056. E.
Privilegium aliquod ſummæ dignitatis qui habet, aliis præferendus eſt. T. 4. c. 862. E.
Privilegium exigendi, quod creditor habuit, factâ novatione voluntariâ, perit, ſi modò objiciendi privilegii animum habuerit, non etiam factâ novatione neceſſariâ. T. 4. c. 965. B.
Privilegium, quod datum eſt militibus, datur conſtitutionibus Principum. T. 4. c. 1033. E.
Privilegium deductionis dicitur prærogativa deductionis, T. 5. c. 980. D.
Privilegium deductionis eſt, quod dominus, vel pater ex contractu ſervi, vel filii actione de peculio conventus habet, nimirum, ut primore loco deducat ex peculio ſolidum id, quod filius, vel ſervus naturaliter debet. T. 5. c. 779. C. cui privilegio deductionis nullum privilegium anteponitur neque privilegium tutelæ, neque privilegium dotis, & cur. Ibid. C. hoc privilegium eſt ante alia privilegia. Ibid. C.
Privilegium deductionis eſt potentius privilegio tutelæ, quamvis privilegio tutelæ juncta ſit hipotheca omnium bonorum tutoris, & protutoris. T. 5. c. 980. D.
Privilegium dotis, quod mulier habet, non tranſit ad heredes mulieris, cæteroſque ſucceſſores. T. 5. c. 778. D.
Privilegium pupilli non tranſit etiam ad ſucceſſores pupilli, Ibid. D.
Privilegium deductionis, quod domino competit, cætera omnia privilegia ſupereminere, Tom. 5. c. 980. C.
Privilegium fiſci quandonam privatis creditoribus præferatur, T. 5. c. 981. D. E.
Privilegium quidnam ſit, & dicatur. T. 5. c. 779. A.
Privilegium cui, & quando auferatur, T. 5. c. 987. C.
Privilegium deductionis an præferatur omni alii privilegio. T. 5. c. 436. C.
Privilegium dotis, quo uxor præfertur cæteris creditoribus, quodnam ſit, & quando competat. T. 5. c. 560. B. C.
Privilegium exactionis, quod juſta uxor habet in actione de dote, quam repetit ſoluto matrimonio, Ibid. B.
Privilegium fiſci non tranſit in ſucceſſorem nominis, vel rei. T. 6. c. 692. D.
Privilegium perſonale tranſit in heredem filium, non in extraneum, T. 9. c. 509. A.
Privilegium cauſâ debiti eſt potentius privilegio temporis. T. 9. c. 1212. E. & c. 1213. A.
Proavia paterna, & proavia materna ut reſpiciunt pronepotem. T. 1. c. 156. E.
Proavus maternus reſpicit pronepotem ex nepte ex filio, vel filia nata, Ibid. D.
Proavus, proavia, pronepos, & proneptis in quo gradu cognationis. T. 8. c. 1036. B.
Probabilitate, aut veriſimilitudine deficiente, quæ ſunt benigniora, ſemper, & omnino in dubiis præferenda ſunt. Tom. 4. c. 989. D. quod ex hiſtoria Nicetæ patet. Ibid. D.
Probandi onus cui incumbit, reo, an actori, T. 1. c. 781. B.
Probandi onus ei incumbit, qui dicit, ſe genus, vel gentem habere. T. 4. c. 80. B.
Probandi onus petitori incumbit, hocque eſt commodum poſſeſſoris, ut nullas probationes præſtare cogatur. T. 7. c. 563. B.
Probandi onus incumbit petitori, non poſſeſſori, qui interdicto vicit. T. 9. c. 1137. B.
Probandi onus actori incumbere, indebitum fuiſſe in condictione indebiti. T. 9. c. 221. C.
Probandi munus eſt actoris, non rei in rei vindicatione. T. 9. c. 264. D.
Probandi onus ei incumbit, qui agit vindicatione. T. 9. c. 178. B.
Probandi neceſſitas quibus incumbit, & quibus non incumbit, T. 9. c. 575. A. B.
Probandi neceſſitas non incumbit poſſeſſori, a quo vindicatur res, Ibid. A.
Probandi onus transfertur in eum, contra quem præſumptio incumbit. T. 10. c. 393. E.
Probandi onus an incumbat ei, qui agit negatoriâ. T. 10. c. 1596. A.
Non probante actore abſolvitur reus. T. 9. c. 16. D.
Non probantur ea, niſi inſtrumentis, quæ ſine inſtrumentis non fiunt. T. 9. c. 265. D.
Probantur inſtrumentis plerumque crimina, maximè falſi, Tom. 9. c. 274. A.
Probare nomina aliud eſt, aliud ſuſcipere nomina. T. 4. c. 51. C.
Probare ei facilè non incumbit, a quo præſumptio ſtat. Tom. 4. c. 441. B.
Probare nomina eſt periculum eorum agnoſcere. T. 4. c. 51. D.
Probare debet in præjudiciis maximè is, qui habet intentionem ſecundùm id, quod intendit. T. 7. c. 871. B.
Probare debet is in actionibus præjudicialibus, ſecundùm cujus intentionem actio data, & concepta eſt. Ibid. B.
Quis probare debeat, actor, an reus. T. 9. c. 263. B. & ſeq.
Probare plerique non poſſunt, & deſici probationibus, qui non tamen erunt calumniatores, Tom. 9. c. 1477. E.
Probatio quid. T. 1. c. 781. A. & 2. c. 224. A. & c. 1193. B. C. & T. 10. c. 965. A.
Probatio teſtibus, & fide tabularum conſtat, T. 2. c. 225. E.
Probatio actori incumbit, reo defenſio. T. 2. c. 1193. B.
Probatio traditæ, vel non traditæ poſſeſſionis. T. 3. c. 487. D.
Probatio operis, Marcus Tullius inquit, futura eſt tua, qui locas. T. 5. c. 554. C.
Probatio operis in locatione conferri debet in arbitrium boni viri, non in arbitrium cujuslibet tertii, aut ipſius locatoris. T. 5. c. 524. E.
Probatio quanti cujuſque interſit, plerumque difficilis eſt. T. 5. c. 843. C.
Probatio operis ab extraneo facta, ſi ex bona fide perfecta non ſit, irrita eſt. T. 5. c. 525. B.
Probatio operis a domino facta quandoque locum habet in locatione, & qua ratione. T. 5. c. 525. A.
Probatio debet eſſe manifeſta. T. 6. c. 739. E.
Probatio, quæ mihi profuit in una cauſa, non prodeſt etiam mihi in alia aliter, quàm ſi eam in alia cauſa impleverim, iterum præſtiterimque. T. 6. c. 47. C.
Probatio contra rumorem, & famam populi admittitur. Vide, Fama.
Probatio negationis directè non fit. T. 6. c. 848. B. indirectè tamen, ſive ex circumſtantiis negatio probari poteſt. Ibid. B.
Probatio contraria præſumptionem elidit. T. 6. c. 887. C.
Probatio non admittitur contra juſtam,

ſtam, & legitimam præſumptionem juris. T. 6. c. 1076. A.
Probatiu probationem elidit. T. 6. c. 846. A.
Probatio, quæ mihi profuit in una cauſa, non etiam prodeſt in alia aliter, quàm ſi in alia eandem probationem exhibuero. T. 6. c. 860. E.
Probatio. Vide, Teſtes, teſtimonium, inſtrumentum, ſcriptura.
Probatio ab eo exigitur, qui falſa inſtrumenta eſſe dicit. T. 9. c. 274. A.
Probatio a reo negante quandoque exigitur. T. 9. c. 264. A.
Probatio teſtium quando admittitur, & quando non. T. 9. c. 274. B. C. D.
Probatio exigitur ab eo, qui allegat in cauſis criminalibus, ſe alibi fuiſſe. T. 9. c. 1271. C.
Probatio probatione tollitur, T. 10. c. 636. A.
Probatio non ducitur ex ſola inductione chirographi, ſed ſolùm præſumptio. T. 10. c. 717. E.
Probationis ſpecies una eſt, quæ ſumitur ex conventionibus ſcriptis, ex teſtimoniis, vel ex aliis ſcripturis, quæ propriè inſtrumenta vocantur. T. 1. c. 781. C.
Probationis difficultas facit, ut ceſſet privatum judicium injuriarum, & locus ſit duntaxat publico ex ſenatuſconſulto. T. 5. c. 754. B.
Probationis onus quo caſu incumbit crediturıbus. T. 9. c. 1200. B.
Probationem operis pertinere ad locatorem, qui opus faciendum locavit. T. 5. c. 524. C.
Probationem notoria non requirere. T. 6. c. 875. B.
Probationem an faciant teſtes duo. T. 7. c. 1425. D.
Probationem ſemiplenam non noverunt juriſconſulti. T. 9. c. 1395. C.
Probatione non indiget notorium. T. 6. c. 1115. A.
Probationes legitimæ, vel illegitimæ quænam ſint. T. 2. c. 224. B. & T. 10. c. 965. A. & ſeq.
Probationes finium ſunt publica monumenta agris ſculpta. T. 4. c. 896. E. hæc quidem monumenta omnia in cauſa finium potiora ſunt teſtibus. Ibid. c. 897. A.
Probationes ante litem conteſtatam non recipiuntur. T. 6. c. 849. D.
Probationes a rhetoribus, non juriconſultis petendæ. T. 7. c. 867. B. in facto conſiſtunt. Ibid. B. quid ſint. Ibid. A. utrinque ſæpe præſtantur. Ibid. c. 870. A. ut utrinque præſtentur neceſſe non eſt. Ibid. A.
Probationes novæ in appellatione admittuntur, & adduntur cauſæ non ſatis inſtructæ. T. 9. c. 1107. E.
Probationes debet proferre pars utraque, ſi de genere quæratur. T. 10. c. 464. C.
Probationum duo genera. T. 1. c. 476. C. & T. 2. c. 224. B.
Probationum inopia eſt aliud, & aliud defectus. T. 3. c. 653. B.
Probationum quinque genera. T. 6. c. 890. A. B.
Probationum genera duo præcipua eſſe. T. 7. c. 882. C.
Probationum genera duo, plena, & ſimiplena. T. 9. c. 190. D.
Probationum tria genera, T. 9. c. 274. B.
Probationum inopiâ jurejurando litem decidi. T. 9. c. 190. A.
Probationum inopiâ exacto jurejurando, finitæ lites an prætextu perjurii retractari poſſit. T. 9. c. 186. C. D.
Probationum genus expenſilatio. T. 9. c. 266. C.
Probationum tria genera, teſtes, inſtrumenta, indicia. T. 10. c. 636. D.
Probationum ſpecies præcipuæ duæ ſunt, inſtrumenta, & perſonæ. T. 10. c. 965. B.
De probationibus. T. 2. c. 224. A. & T. 9. c. 263. B. & ſeq. & T. 10. c. 964. C. & ſeq.
Probationibus deficientibus, regulariter reo datur jusjurandum. T. 2. c. 1225. A.
Probationibus deficientibus jusjurandum defertur, T. 6. c. 1083. B.
Probationibus quæ inſint, T. 7. c. 867. E.
De probationibus, & præſumptionibus. T. 1. c. 781. A. & T. 7. c. 867. A. & ſeq.
Probatoriæ in Novellis quomodo appellentur. T. 2. c. 1005. C.
Probæ nomine quid dabatur. T. 2. c. 940. C. D.
Probroſè, vel illicitè datum an valeat. T. 7. c. 941. B. C.
Probrum a prohibendo ſic dictum, quaſi prohibitum. T. 1. c. 229. D.
Probrum in jure ſemper accipitur pro adulterio. T. 4. c. 280. E.
Probrum a prohibeo deductum. T. 4. c. 1484. E.
Procacitas advocatorum in cauſas agendo notatur infamiâ. T. 10. c. 879. B.
In procinctu apud quemlibet prope intermortua eſt memoria. T. 4. c. 512. B.
In procinctu teſtamentum. Vide, Teſtamentum.
Procinctum veteres dixerunt endoprocincta. T. 1. c. 96. D.
Procinctum teſtamentum quid. T. 8. c. 961. E.
Proclamandi verbo quid ſignificatur. T. 9. c. 987. A.
Proclamatio in libertatem. T. 2. c. 460. C.
Proclamatio ad libertatem an, & quando competat ſervo. Tom. 5. c. 1095. A. & ſeq.
Proclamatio libertatis quo ritu, & ſolennitate olim peracta fuerit. Ibid. E.
Proconeſus Sporadum una in Propontide. T. 3. c. 210. B.
Proconſul quibus juriſdictionem ſuam mandare poteſt. Tom. 1. c. 732. E.
Proconſul a Præſide quid diſtat. T. 4. c. 831. C.
Proconſul mandat Legato juriſdictionem ſuam, & a Legato tamen appellatur Proconſul. T. 4. c. 7. B.
Proconſul de ſtatu perſonarum cognoſcere poteſt, non etiam Præſes, ſive Legatus Cæſaris. T. 5. c. 4. B.
Proconſul an ſuo arbitrio juriſdictionem cuicumque volet, mandare poſſit. T. 5. c. 20. D.
Proconſul, & Legatus Cæſaris in quo differunt. T. 5. c. 4. B.
Proconſul in itinere ſervum manumittere poteſt. T. 5. c. 4. A. B.
Proconſul a Legato ejus appellatur. T. 7. c. 83. A.
Proconſul, vel Præſes contentioſam juriſdictionem exercet extra ſuam provinciam, vel in homines alterius provinciæ. T. 7. c. 100. A.
Proconſul poteſt de ſtatu cognoſcere, Præſes non poteſt. Ibid. C.
Proconſul portam Romæ ingreſſus deponit imperium. T. 7. c. 156. E.
Proconſul mittitur in provincias, quas tribuit, ſeu reliquit populo, vel ſenatui. T. 7. c. 94. E.
Proconſul eſt ſpectabilis, Præſes clariſſimus tantum. T. 7. c. 100. C.
Proconſul voluntariam juriſdictionem exercere poteſt, etiam extra ſuam provinciam. T. 7. c. 100. A.
Proconſul Africæ omnium Proconſulum fuit maximus. Tom. 9. c. 1109. D.
Proconſul jus omne confert in ſuos Legatos. T. 10. c. 400. B.
Quod Proconſul ex lege habet, an comprehendatur mandato juriſdictionis. Ibid. A.
Proconſul nunquam fungebatur vice Præſidis. T. 10. c. 866. C.
Proconſulis officium, & unde dicatur. T. 1. c. 731. A. B.
Proconſulis legatum habere propriam juriſdictionem. T. 3. c. 217. A.
Proconſulis Legatus. Vide, Legatus Proconſulis.
Proconſulis Legatus poſt mandatam ſibi juriſdictionem jus dandi judicis non habet, niſi ex lege. T. 5. c. 19. D.
Proconſulis majus eſt imperium, quàm Præſidis. T. 7. c. 100. C.
Proconſulis nomine ſimpliciter per eminentiam intelligitur Proconſul Africæ, & proconſularis provinciæ, nomine Africa. T. 9. c. c. 1108. D. hic Proconſul habuit ſacrum auditorium, ut Præfectus urbi. Ibid. D.
Proconſulis Legati nihil proprium habent, niſi a Proconſule eis mandata ſit juriſdictio. T. 10. c. 94. C.
Proconſulis in legato hoc ſpeciale eſt,

Digitized by Google

eſt, ut ab ipſis ad Procon ſoles provocetur. T. 10. c. 579. C.
Ut Proconſulis, & Vicarii, ita Prætoris nomen nihil vetat ſignificari plures. T. 10. c. 851. A.
Proconſuli quod licet lege, non licet Legato ſine lege. T. 4. c. 10. B.
Proconſuli hoc jus datum eſt, ut ſtatim, atque urbem egreſſus eſt, etiamſi nondum pervenerit in provinciam, habeat juriſdictionem voluntariam. T. 5. c. 4. A.
Proconſuli dabantur plures legati. T. 10. c. 383. E. & c. 579. D.
Proconſuli una provincia, Comiti orientis plures mandabantur. T. 10. c. 849. E.
De Proconſule Paleſtinæ. T. 2. c. 1133. C. D.
De proconſulæ Cappadociæ. T. 2. c. 1085. D.
De Proconſule Macedoniæ verba Ciceronis quæ. T. 4. c. 832. C.
Proconſules. T. 2. c. 72. D.
Proconſules omnes ſunt ſpectabiles. T. 2. c. 686. E.
Proconſules inter, & Præſides differentia. T. 3. c. 602. B.
Proconſules ſtatim, atque egreſſi ſunt pomœrium urbis, faſcibus, & inſignibus imperii Romani utuntur, & juriſdictione voluntariâ. T. 4. c. 833. B.
Proconſules in quibus diſtant a Præſidibus. T. 4. c. 832. E.
Proconſules mittit Senatus in ſuas provincias. T. 4. c. 831. D.
Proconſules, & qui ſic appellantur. Ibid. D.
Proconſules erant κληρωτοὶ, Præſides verò αἱρετοὶ, ideſt, electi. T. 4. c. 832. E.
Proconſules ex ſenatoribus ſumebantur, Præſides verò ex equitibus Romanis. T. 4. c. 833. A.
Proconſules hodie non ampliùs, quàm ſex faſcibus, ſex lictoribus utuntur. T. 4. c. 832. C. verba Joſephi hic quæ. Ibid. C.
Proconſules non habebant jus gladii, vel chlamidis, ideſt, ſtolæ militaris: Præſides verò habebant jus ſtolæ militaris, atque jus gladii. T. 4. c. 832. E. & c. 833. A.
Proconſules erant annui magiſtratus; Præſides verò perpetui. T. 4. c. 832. E.
Proconſules provincias ſorte obtinent, & auctoritate Senatus. T. 5. c. 4. B.
Proconſules, & Legati eorum quare judices dare poſſint. T. 7. c. 80. E.
Proconſules quinam ſint. T. 10. c. 849. C.
Proconſules quam juriſdictionem, & quo jure mandabant ſuis legatis. Ibid. C.
Proconſules, qui ſunt majores, quàm Præſides, nempe ſpectabiles, potuerunt cognoſcere de cauſa ſtatus. T. 10. c. 928. E.
Procudere quid nobit non licet ſine lege. T. 4. c. 1215. A.
Proculi juriſconſulti quanta fuerit auctoritas. T. 1. c. 914. C.
Proculi ſententia, ſervo alieno bonâ fide poſſeſſionem comparante aliunde, quàm ex re poſſeſſoris, cui dominium adquiratur, quæ ſit. T. 5. c. 698. B. C.
Proculiani benigniorem ſententiam amplexi ſunt, ut ſcilicet mandatario detur actiomandati contraria uſque ad ſtatutum pretium, non ultra. T. 5. c. 460. A.
Proculianorum ſententia quæ. T. 4. c. 631. C.
Proculianorum ſententiam, permutationem emptionem non eſſe, uſus diuturnus corroboravit, & verior eſt. T. 5. c. 499. C.
Proculianorum, & Caſſianorum de uſucapione pignoris traditi creditori, & poſtea a debitore ſubrepti, & venditi, diſſidium tollitur, & explicatur ratio. T. 5. c. 730. C. D. E.
Proculus Nervæ ſucceſſit. T. 1. c. 914. C.
Procurare aliena negotia milites non poſſe. T. 9. c. 233. C.
Procuratio quot modis mandari poteſt. T. 1. c. 362. B.
Procuratio rerum alienarum interdicta fuit curiali. T. 9. c. 414. C. item militibus, & fabricenſibus. Ibid. C.
Procuratio ſtatio unaquæque dicitur. T. 9. c. 332. A.
Procurationis ſpecies condictio. T. 4. c. 861. D.
Procurationem alienorum negotiorum ſuſcipere nequeunt Senatores. Ibid. D.
Procurationem ſpeciem conductionis eſſe conſtat. T. 10. c. 607. B.
Procurationes quid. T. 6. c. 915. B.
Procurationes, quæ Epiſcopis erogantur ratione viſitationis, præſcribi non poſſe. Ibid. B.
Procurator Cæſaris an de capitalibus cauſis cognoſcere poſſit. T. 3. c. 548. D.
Procurator aſper. T. 2. c. 440. B.
Procurator miniſter non eſt. T. 1. c. 1496. D.
Procurator a defenſore differt. T. 1. c. 739. D.
Procurator, & cognitor differunt. T. 1. c. 361. B.
Procurator verus cavere non debet. T. 3. c. 182. E.
Procurator præſens, vel abſens dari poteſt, & nudis verbis, ideſt, non certis, non ſolennibus. T. 1. c. 362. B.
Procurator in rem ſuam fieri poteſt, qui pro omnibus poſtulat. T. 1. c. 361. E.
Procurator voluntarius quis dicatur. T. 3. c. 182. D.
Procurator voluntarius, qui ſe alienis negotiis offert, rem ratam dominum habiturum cavere debet. T. 1. c. 362. C. D. & c. 644. C. & T. 3. c. 182. D. & c. 279. C.
Procurator, qui agendam cauſam ſuſcipit, dominum defendat arbitrio boni viri. T. 1. c. 1362. B.
Procurator tenetur domino actione mandati, vel negotiorum geſtorum ob delictum ſuum. T. 1. c. 1496. B.
Procurator aut ad litem, aut ad omne negotium, aut ad partem negotii, aut ad res adminiſtrandas datur. T. 1. c. 362. C.
Procurator litium aut in rem ſuam conſtituitur, aut in rem mandatoris. T. 1. c. 933. C.
Procuratoe actoris non ſolùm abſentem defendere, ſed & rem ratam dominum habiturum ſatiſdare cogitur. T. 1. c. 362. D. & c. 641. C. & T. 3. c. 182. E.
Procurator actoris veros ſatiſdet de rato, ſi dubitetur de mandato. T. 3. c. 182. E.
Procurator eſt alienorum negotiorum adminiſtrator. T. 3. c. 268. B.
Procurator negotiorum rectè paciſcitur, pactumque domino prodeſt, & nocet per exceptionem doli, non per exceptionem pacti. T. 1. c. 933. A.
Procurator, aut cognitor, qui litis inſtrumenta adverſæ parti prodiderit, ut puniendus. Tom. 1. c. 509. E.
Procurator Cæſaris in Syria fuit Pontius Pilatus. T. 3. c. 548. E.
Procurator petitoris rem ratam dominum habiturum deſiderante adverſario ſatiſdare cogendus eſt. T. 1. c. 362. D. & c. 641. C. & T. 3. c. 182. E. & c. 183. A. & T. 8. c. 710. D.
Procurator Cæſaris, vel rationalis? T. 1. c. 732. B.
Procurator catholicus quomodo appellatur. T. 2. c. 644. E.
Procurator fiſcalis nequit eſſe quis in ea provincia, ex qua eſt ortus. T. 1. c. 491. A. B.
Procurator, ideſt, curator. T. 1. c. 1096. E.
Procurator, & curator reipublicæ idem. T. 2. c. 711. B.
Procurator quomodo conſtituatur. T. 1. c. 272. D.
Procurator ad adminiſtrandum an etiam pupillus fieri poſſit. T. 3. c. 645. D.
Procurator ad agendum, vel defendendum an etiam minor 25. annis. Ibid. D.
Procurator locuples, & idoneus cogitur ſatiſdare, non etiam reus locuples. T. 1. c. 273. B.
Procurator Cæſaris quando videatur fungi partibus Præſidis. T. 4. c. 1415. B. C.
Procurator Cæſaris quando juriſdictionem habet, & quando non. T. 4. c. 1414. E.
Procurator fiſci, qui & rationalis dicitur, (ſicut ille λογιστὴς) decidit cauſas ad fiſcum pertinentes. T. 4. c. 834. C.
Procurator fiſci, vel Cæſaris, & cu-

rator

rator reipublicæ quid differunt. Ibid. C.

Procurator rei frumentariæ, vel curator frumenti coemendi in quo differt ab Ædili plebis. T. 4. c. 841. D.

Procurator rei frumentariæ. Vide, Curator frumenti coemendi.

Procurator falſus quis dicitur. T. 4. c. 338. B.

Procurator, ſeu defenſor litis alienæ, & tutor in quo differunt. T. 4. c. 18. D.

Si procurator abſentia conveniatur ob proprium debitum, quæritur an actosi compenſare poſſit, quod non ſibi, ſed domino abſenti debet, T, 4. c. 937. E.

Procurator quicquid gerit, id omne in re domini conſiſtit, io admini ſtratione rerum domini, T. 4. c. 957. C.

Procurator maximè diſtat ab advocato, T. 4. c. 940. A.

Procurator ſalariarius quis. T. 4. c. 939. E. & T. 5. c. 459. A.

Non omnis procurator eſt ſalatiarius. T. 4. c. 939. E.

Si procurator non datur ad accuſandum, multo magis non datur ad defendendum. T. 4. c. 1405. B.

Procurator ſi pecuniam domini fœnori collocavit, & exegerit uſuras, quas mox in uſus ſuos converterit, an debebit uſurarum uſutas. T. 4. c. 51. A.

Procurator, qui pro delenſione filii fidejuſſit mandatu mulieris, conventus ex ſtipulatu, & coactus ſolvere ſublatâ exceptione Senatuſconſulti Vellejani replicatione doli mali, an habeat actionem mandati adverſùs mulierem, ut conſequatur quod ſolvit mandatu mulieris. T. 4. c. 206. E. & c. 207. A.

Procurator agendo mandati adverſus mulierem, & muliere opponente exceptionem S.C. Vellejani, an poſſit ſe tueri replicatione doli. Ibid. A.

Procurator, cui lis agenda mandata eſt, non poteſt eam rurſus alii mandare, aliumque procuratorem facere. T. 4. c. 5. D.

Procurator in rem alienam revocari non poteſt in quibusdam caſibus. T. 4. c. 938. C.

Procurator munere voluntario fungitur. T. 4. c. 971. A.

Procurator, qua actione teneri cœpit tempore adminiſtrationis per cauſam adminiſtrationis, eâdem quoque is tenetur poſt finitum mandatum, vel poſt depoſitum officium. T. 4. c. 1025. D.

Procurator, qui ſtipulatur aliquid ex re domini, utrùm ſibi, an domino ſit ſtipulatus. T. 4. c. 917. A.

Procurator quomodo ſalarium petit. T. 4. c. 940. A.

Procurator mandato conſtituitur. T. 4. c. 940. A. & Tom. 5. c. 121. D.

Procurator ejus, qui eſt in hortis urbi proximis, procurator præſentis eſſe videtur. T. 5. c. 96. D. E.

Procurator re integrâ revocari poteſt. T. 5. c. 121. D.

Procurator qua ex cauſa mutari poteſt. T. 5. c. 105. A. B.

Procurator litis conteſtatione dominus litis effectus eſt, ideſt, res, ſive lis facta eſt ejus, eamque jam ſuo quodammodo nomine exſequitur. T. 5. c. 105. D.

Procurator ante litem conteſtatam procuratorem in rem eandem facere non poteſt. T. 5. c. 121. E.

Procurator in privatorum cauſis ad lites futuras dari poteſt. T. 5. c. 121. C.

Procurator in rem ſuam datus loco domini eſt per omnia. Tom. 5. c. 122. D.

Procurator litis conteſtatione dominus litis efficitur, & ad negotium publicum alium actorem rectè facit. T. 5. c. 121. E.

Procurator an novare obligationem domini, & æs alienum exigere poſſit. T. 5. c. 832. E. & c. 833. A.

Procurator an, & quando, & quibus in negotiis alium procuratorem facere, vel conſtituere poſſit. T. 5. c. 53. A. B.

Procurator datus ad agendum cavere debet de rato, maximè ſi de mandato dubitetur, an duret, vel an intervenerit. T. 5. c. 122. A.

Procurator ſpecialiter datus ad agendum diſtat a procuratore omnium rerum, cui generaliter libera rerum adminiſtatio commiſſa eſt. T. 5. c. 827. A.

Procurator voluntarius, id eſt, qui ſine mandato abſentis, & ignorantis negotia gerit, ex auctione rerum ejus, quam facit in rem, & utilitatem ejus, cum fortè expedit res ejus quaſdam diſtrahi potiùs, quàm ſervari, quia tempore, & morâ perituræ, deteriores futuræ erant, ſi ſibi aliquid ex ea auctione emerit, id uſucapere poſſit pro emptore, Tom. 5. c. 742. B. C.

Procurator ſatiſdat alieno nomine, quia is ædes alienas defendit. T. 5. c. 653. E.

Procurator negotiorum, & procurator litium in quo differunt. T. 5. c. 157. A.

Procurator ad lites non poteſt eſſe ſervus, niſi manumittatur, & decimum octavum annum attigerit. T. 5. c. 156. D.

Procurator abſentis, & præſentis quomodo differunt, T, 5. c. 107. D.

Procurator unius negotii, vel plurium, vel omnium an paciſci poſſit. T. 5. c. 52. C.

Procurator ad litem non ſibi, ſed domino, id eſt, mandatori vincit, aut vincitur. T. 5. c. 478. A.

Procurator præſentis cavet judicatum ſolvi tantùm, vel dominus pro eo. T. 5. c. 96. E.

Procurator ad litem aliàs fit ad litem, ſive rem ſuam, aliàs fit ad litem alienam. T. 5. c. 53. A.

Procurator ad negotia ſemper fit ad rem alienam. Ibid. A.

Procurator negotiorum quocumque tempore alium procuratorem facere poteſt. Ibid. A.

Procurator litis, ſeu actionis, cuſ cauſæ actio tantùm eſt mandata, nihil præterea domino paciſcendo neque obeſſe, neque prodeſſe poteſt, & cur. Tom. 5. c. 52. E.

Procurator, ſive defenſor quibus ex cauſis compelli non poſſit ad judicium accipiendum. Tom. 5. c. 104. E.

Procurator, qui juri noſtro ſubjectus non eſt, nec actionem, nec exceptionem nobis adquirere poteſt. T. 5. c. 51. C.

Procurator præſentis qui dicatur. T. 5. c. 96. E.

Procurator abſentis non tantùm judicatum ſolvi cavet, ſed etiam rem ratam haberi. T. 5. c. 96. E.

Procurator in re magni momenti alium procuratorem facere non poteſt. T. 5. c. 53. B.

Procurator datus ad agendum debet ſatiſdare de rato. Tom. 5. c. c. 107. B.

Procurator quis rectè non datur ad actionem, quam ſuo jure, & ſuo nomine cum effectu habet. T. 5. c. 110. D.

Procurator an ignorantibus nobis adquirat, & qua ex cauſa id permiſſum. T. 5. c. 697. A.

Procurator, & defenſor in quo differunt. T. 5. c. 107. C.

Procurator datus ad vendendum, & inſtitor æquiparari poſſunt, & pares actiones producunt. T. 5. c. 432. C.

Procurator litium, vel litis quando alium procuratorem facere poteſt, & quando non, T. 5. c. 53. B.

Procurator ad litem defendendam, & inſtitor ad vendendum diſparca ſunt, qui inter ſe conferuntur. T. 5. c. 432. C.

Procurator in rem ſuam quia, & quomodo fieri poſſit. Tom. 5. c. 429. E.

Procurator in litem alienam datus, cui ſpecialiter dominus non mandavit, ut adverſario jusjurandum deferret, ſi videretur, jusjurandum adverſario deferens non auditur, etiamſi offerat cautionem de rato. T. 6. c. 53. A.

Procurator, qui agit alieno nomine ante litem conteſtatam, quomodo cavere debet de rato. T. 6. c. 471. B.

Procurator, vel defenſor, cui defertur ab adverſario jusjurandum, invitus non jurat, quia

ici

Digitized by Google

rei veritatem ignorare poteſt. T. 6. c. 53. B. C.

Procurator, qui alieno nomine de novi operis nunriatione facta agit. T. 6. c. 292. C.

Procurator actoris non auditur, niſi ſatiſdet reo, cum de mandato ejus non conſtat. T. 6. c. 471. A.

Procurator, vel defenſor jurare non cogitur. T. 6. c. 53. B.

Procurator præciſè non cogitur litem conteſtari, & ſufficit cautionem, ſive ſtipulationem judicatum ſolvi ob rem non defenſam committi, quanti ea res eſt. T. 6. c. 8. E.

Procurator, qui alterius omnia negotia adminiſtranda ſuſcepit, procurator, qui generale mandatum habet, id præſtare debet in ſua perſona, quod & in aliorum. T. 6. c. 87. C.

Procurator ad impetrandum, & contradicendum quis dicatur. T. 6. c. 958. B.

Procurator poteſt adquirere poſſeſſionem pro alio. Tom. 6. c. 997. B.

Procurator meus mihi debet pecuniam ex cauſa mandati; convenit inter nos, ut eam retinerer mutui nomine, & eâ uteretur quaſi mutuâ; an ſit mutuum. Tom. 7. c. 857. A.

Procurator aut conſtituitur in rem meam, aut in rem ſuam, aut ex cauſa emptionis accipiendæ. T. 7. c. 367. E.

Procurator Cæſaris in quibus cauſis judicem det, & in quibus non. T. 7. c. 68. C.

Procurator, qui agebat alieno nomine, jus iniquum poſtulavit, & tulit, quæritur, uter incidat in edictum, procurator, an dominus. T. 7. c. 501. E. jus iniquum poſtulans, & impetrans an, quando, & quo edicto ipſe ſolus teneatur. Ibid. c. 107. D.

Procurator an alteri paciſci, vel ſtipulari, vel petere poſſit. T. 7. c. 844. B.

Procurator in omnibus non eſt pro domino, niſi ſit procurator in rem ſuam. Tom. 7. c. 102. A.

Procurator datus ad hæc judicia duplicem cautionem præſtat, de rato ſcilicet, & judicato ſolvendo, quoniam videtur datus ad agendum, vel defendendum. T. 7. c. 140. E.

Procurator ex mandato domini vendidit, & cavit de re tradenda: nuda cautio ſufficit. Quæritur, an domino competat actio ex vendito in emptorem, an emptori in dominum actio ex empto? T. 7. c. 777. C.

Procurator rei alienæ, vel curator an teneatur edicto, *Quod quiſque juris*. T. 7. c. 111. D.

Procurator, vel defenſor in rem ſuam datus, ſi condemnetur, tenetur actione judicati. Tom. 7. c. 1418. C.

Procurator meo nomine mihi etiam ignoranti poſſeſſionem adquirit, & tutor, & curator. T. 8. c. 243. C.

Procurator non eſt idoneus ſine ſatiſdatione. Tom. 8. c. 818. E.

Procurator ignorantis domini deteriorem conditionem facere non poteſt, puta, dominum non obligatum obligare non poteſt. T. 8. c. 392. B.

Procurator an in ea cauſa, quam agit, vel egit alieno nomine, teſtis eſſe poſſit. Tom. 8. c. 438. D.

Procurator an teſtis eſſe poſſit in cauſa pertinenti ad eum, cujus negotia geſſit. Ibid. D.

Procurator quodcumque gerit poſt mortem domini, ignorans, eum mortuum eſſe, an ratum habeatur. T. 8. c. 298. C.

Procurator Cæſaris fuit judex rerum fiſcalium inter fiſcum, & privatos. T. 9. c. 1072. B.

Procurator Cæſaris an habeat judicis dandi poteſtatem. Tom. 9. c. 1082. D.

Procurator regulariter alium procuratorem dare non poteſt ante litem conteſtatam. T. 9. c. 930. C.

